



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. F. Felicis Potestatis Panormitani Ordinis Minorum S.  
Francisci de Observantia ... Examen Ecclesiasticum**

**Potesta, Felice**

**Coloniæ, 1712**

Cap. VII. De Tentatione Dei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40060**

1134 Laicus eos tangens, si abiit contem-  
perat, non peccat, ex usu.  
1135 In eorum confectione intercedit sa-  
crificatio; eorum autem materia, & virtutes  
hic explicantur versibus:

1136 Illam, & munda cera cum Chrismatis  
unda  
Conficiunt Agnum, quod munus do tibi  
magnum.  
Fonte velut natum, per Mystica Sanctifi-  
catur.  
Figura defursum depellit, & omne mali-  
cium.  
Potum frangit, ut Christi sanguis, & an-  
geli.  
Fragrans servatur simul, & partus libera-  
tur.  
Dona defert dignis, virtutem destruit i-  
guis.  
Potans mundè, de fluctibus eripit unda.

CAPUT VII.

DE TENTATIONE DEI.

1136 Tentatio Dei, est dictum, vel fa-  
ctum, quo quis explorat, num. Deus  
tantam perfectionem habeat: est duplex, for-  
malis, & est, quando adest expressa dubie-  
tas de aliqua perfectione, ut si quis se det præ-  
cipuum e curri, ad experiendum, num Deus  
est omnipotens, eum à læsione liberando, de  
quo dubitat, & hæc est mortalis; quia est gra-  
vis irreverentia, juxta illud daemoris Christo:  
Quid dicitis, dicit, ut lapides isti panes fiant.  
Impugnata, & interpretativa alia; & est illa, cui  
gravia dubitatio de est; & tunc habetur,  
quando quis, licet non intendat Deum tenta-  
re, tamen, vel agit, quod suapte natura  
irreverenti videtur; ut si quis in gravi morbo  
medicinalia omittat, nempe medicinam,  
Puff. Exam. Ecclesiast. Tom. I.

sperans, aut petens à solo Deo effectum. Hæc  
ut plurimum est venialis ob imperfectionem  
actûs, ignorantiam, inconsiderationem, aut  
parvitatem periculi; imò nullum peccatum,  
si juxta causa adfit, v. gr. Dei instinctus, ne-  
cessitas, pia utilitas: per accidens tamen po-  
test esse mortalis ratione materiæ, si sit peri-  
culum gravis mali, ut si quis advertentem in  
puteum se projiceret ad ostendendam Dei  
erga se providentiam.

Bonac. tom. 2. pag. 255. Tambur. tom. 1. lib.  
2. c. 5. 2. Busemb. lib. 3. tr. 1. c. 2. dub. 1. Bertal-  
dus 1. præcept. p. n. 1. 3.

1537 De hæresi, fuscè actum est in tom. 2. n.  
258. à n. 289. ad 239. S. n. 281. ad 296.

DE II. PRÆCEPTO  
DECALOGI.

Non assumes nomen Dei sui in vanum.

CAPUT I.

DE BLASPHEMIA.

Statum dictum est in tom. 2. à num. 210. ad  
211.

1538 Facere daemonium sanctum, licet in  
se sit blasphemia hæreticalis, in Regno tamen  
Siciliæ, ob consuetudinem, non reputatur  
blasphemia hæreticalis, sed simplex, ut in  
tom. 2. n. 215. Imò à viro dignissimo, & S. In-  
quis. Ministro, æquè perito, ac docto, audi-  
vi, idem per totam Italiam servari, Ex Decla-  
ra. S. Inquisit. Rom. de anno ferè 1605.

1539 Et licet id sit regulariter verum;  
potest dari casus, quod etiam in nostris Re-  
gionibus censeatur blasphemia hæreticalis, ex  
adminiculis, & circumstantiis; putà si quis  
dicat esse Sanctum, & Sanctissimum; si non  
raro, sed cum frequentia, ad omnem animi  
Gg mo-